



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

46. An Pater teneatur dotare filiam naturalem, & spuriam? Et notatur,  
quod nex ab hoc onere dotandi excusatur Pater filiam incestuisam, et aim  
de redditibus Ecclesiasticis beneficiis. Et ex his ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# De Sacram. Matrim. Ref. XLVI.

355

13. Insuper in d.l. final. C. de dot. promis. filia habebat bona aduentitia, & tamen dicitur, quod omnino ad partis specket officium, tam filiam dotare.

14. Non obstant superius in contrarium adducta, quod nemp̄ cesset ratio in filia diuite, quæ alias suader filias dotari, hoc quipp̄ negatur.

15. Dos enim ad hoc constitutur & datur, ut eo facilius fœminæ maritos nanciscantur.

16. Deinde datur dos, ut onera matrimonij sustinere maritus valeat.

17. Atqui constat bona vxoris paraphernalia non seruire oneribus matrimonialibus sufficiendis, etiam si ea amplissima fuerint.

18. Quo circa ratio dandæ dotis in locuplete filia non deficit.

19. Ad secundum respondet, consequentiam negando, procedit enim à diuersis & separatis filie diuiti alimenta non tenetur pater suppeditare, quia finis alimentorum hic deficit: Nec enim opus habet diues filia vt alatur; Dotis autem finis omnino deficit in diuite, ut supra ostensum fuit.

Non obstat tertium, defumptum ex d.l. 22. § ff. ad Trebell.

Obseruandum enim, quod illuc proponitur dos iam constituta mulieri post illius mortem.

20. Deinde cum præstatio dotis ex privilegio singulari descendat, amplissima eius est facienda interpretatio, l.pen. ff. de constit. princ.

Maxime cum publicam virilitatem concernet, l. i. ff. solut. matr. & l. 2. ff. de iur. dot. denique est regula iuris, quæ iubet in dubio pro dotibus respondere.

Et ita hanc posteriorem sententiam affirmatiuam tuerit Anton. Guibert. Constant. in tract. de dor. cap. 3. num. 13. Andreas Gaill. 2. obseruat. 95. num. 14. Roger. de dor. cap. 3. num. 4. Nouellus de dor. part. 6. priuilej. 4. Mysing. 5. obseruat. 22. num. 2. quibus addit ex Theologis Fragolum in Republica tom. 3. lib. 2. dispe. 5. §. 1. num. 11.

21. Non desinam tamen hic annotare, Castrum Palauum, licet doceat hanc sententiam esse veram, & in praxi tenendam, & consulendam, attamen ait ipse probabilitate non caret, patrem deobligatum esse filiam diuitem dotare, tametsi obligatus sit ei excedenti 25. annos maritum querere. Quæ fuit opinio Barthol. in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebellian. Alciat. in l. i. num. 6. ff. soluto matrimon. Andr. Fachinei lib. 10. cap. 38. eo quod pater non tenetur filiam diuitem aliore, si quis à liberis ff. de liberis agnoscendis. At de loco alimentorum succedit, Ergo non tenetur dotem præstare. Quod si dicas cum Anton. Gom. l. 50. Tauri num. 23. in fine, alimenta habent cessa parris obligatio, dos verò favore publico deberetur, ne mulieres maneat indotata, obstat, quia strictior est obligatio alimentorum, quam dotis; cum illa sit à natura, hæc ex lege, at illa obligatio conditionem imbibit, si aliundæ alimenta non habeantur. Ergo hæc obligatio dotis eamdem conditionem continere debet, cum virtus obligatio in necessitate fundetur, quæ cessat, cum aliunde dos & alimenta suppeditantur: neque referit legitimam debitam esse, quia hæc debetur post mortem, cum tamen dos viuente Patre concedenda sit, lex vero final. C. de dotis promis. hanc sententiam indicat, cum tantum dicat officium esse paternum, quod liberalitatis est, non necessitatis, iuxta l. commodatum §. sicut, ff. commodati, ibi volumus, & officij magis est, quam necessitatis commodari, & dicit l. ultim. dicitur: liberalitas itaque talis maneat vera & irreuocabilis, ut & puto nomine liberalitas, & debitum suum sequantur fortunæ. Huc usque Palauus

Sed nostram sententiam ne deferas, & ita in foro fori, & poli obseruatur.

22. Sed ex his oritur alia difficultas; An Pater teneat filiam emancipatam dotare? Affirmatur responder Castrus Palauus ubi supra num. 4. Sed contrarium videvit dicendum ex leg. 19. ff. de ritu nupt. Ibi enim exp̄s̄ asseritur, quod Pater qui in potestate filiam habet, eam dotare cogatur. Unde inferri potest, patrem, qui filiam amplius in potestate non habet, non cogi filiam dotare, argumento à contrario sensu, quod in iure fortissimum est, l.i. princ. ff. de off. eius cui mand. est iurijs. Et si emancipatam filiam æquè atque in potestate existentem cogitur dotare, ad quid obsecro in l. 19. nominatim, & exp̄s̄ asseritur, quod eam quam in potestate habet patens dotare compelletur.

23. Accedit huic, quod extraneus non teneatur extraneam dotare l. profectitia ff. de iure dot. Arqui patria potestate per emancipationem dissoluta, emancipata pro extranea habetur §. 3. insit. de heret. qualit. & diffir. Igitur emancipata à Patre non est dotata.

24. Deinde in l. 51 ff. de iur. dot. dicitur, id quod filia emancipata à patre donatum fuerat, eidem potest à patre in dotem esse datum; eoque casu non censer dotem à patre, sed à filia profectam: Ex quo rursus reluet, quod pater emancipatam non teneatur dotare.

25. Verum, his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Castrii Palai, quam licet ipse pro se nullum authorem adducat: ) tenet Franciscus Hotomanus in dispe. de dote cap. 3. num. 21. & Gregorius Obrecht, in dispe. de dote, Thesi 88. causae sequent.

26. Qui bus adde Doctores, quos citat & sequitur Fragofius in Republica l. 3. l. 2. dispe. 5. §. 1. num. 7. qui etiam optimè notat, an Pater teneatur dotare filiam iam nuptam, qua nupsit inconsulto patre, viro digno? Affirmat Bald. in l. i. num. 9. ver. sed si nupsit filia ff. solut. matrimon. & in auth. res que n. 10. C. comm. de leg. & Aret. in d.l. 1. num. 6. vers. sed queritur ff. soluto matrimon. Curt. Senior conf. 27. num. 35. & conf. 39. num. 8. quam sententiam vocat vertiorem Soccini. sen. conf. 57. num. 2. ver. sed contraria opinio lib. 4. immo Ioann. Andreas. & Imol. in cap. accessus de procurat. hoc extendunt, quamvis filia nupsit viro indigno, sequitur Soccini. sen. d. conf. 57. ad finem; idem tenet Ripa in l. i. num. 59. ff. solut. matrimon.

27. Nota etiam cum Rebellio part. 2. lib. 5. qn. 4. num. 21. quod quando dicitur, Patrem teneri ad secundam dotem conferendam filia, priori amissa, intellige, si secundò nubat; nam constante primo matrito, non obligatur Pater ad nouam dotem refundendam, etiam si sine culpa filia, prima sit amissa, l. Pater filia ff. de euillionibus.

## RESOL. XLVI.

An Pater teneatur dotare filiam naturalem, & spuriam?

Et notatur, quod nec ab hoc onere dotandi excusat Pater filiam incestuam, etiam de redditibus Ecclesiasticis beneficiis.

Et ex his oritumur duas difficultates: Prima an dos data filie spuria ad ipsius heredes transeat? Secunda, an in eventu, quod Pater plus dotis dedit filia spuria, quam valeant totius vita alimēria possint constante matrimonio, repeti quoad excessum? Ex part. 11. tractat. 4. & Mifc. 4. Refol. 25.

Gg 4 §. i. Affix

Sup. conten-  
to in hoc §.  
lege infra  
doctrinam.  
Ref. 18. sig-  
nanter cur-  
fissime in  
lin. penult.  
§. 3. & Ref.  
cius not.

**S. I.** **A**ffirmatiuam sententiam tener Corrasius  
in comment. ad leg. 19. num. 58 de riuu nupt. Probatu Primo hæc opinio ex cap. cum habebat, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium, scribit Pontifex, patrem teneri prouide-  
filii spuris de necessariis.

2. Atqui dotem filia esse necessariam, quo numerare, & ita stupra turpisque vitæ fecunditatem effugere possit, nemo dubitat. Naturalis igitur filia danda est à patre,

3. Quicunque alere tenetur, is quoque tene-  
tur dotare, cum dos constitutatur cum in finem, ut  
maritus onera matrimonialia sustineat, vxorem &  
liberos alat, *l. pro oneribus C. de iur. dot.* Atqui pater  
cogitare alere spurious, & liberos naturales inopes;  
igitur eosdem quoque tenetur dotare.

4. In dubio ea semper est artipienda, & tenenda  
sententia, quæ est humanior, quæ benignior &  
æquior, *i.e.* in ambiguis ff. de reg. iur. & in dubio pro  
dotibus respondendum est 1.87. de reg. iur.

5. Atqui filias naturales, & spurias esse à patre  
dotandas, benignior, & quior, & humanior est senten-  
tia. Igitur pro ea respondendum, eaque hic recti-  
nenda erit.

6. Caterum negatiuam sententiam sustinet Antonius Guibert. Constan. in *t. de dot. cap. 3.* num. 9. & segg. Fr. Hotoman. in *disp. de dot. cap. 3.* num. 22. Obre-  
cli. in *d. disp. de doce tb. 90.* veriorem esse iudico.

7. In l. 8. C. de natur. lib. exp̄s̄e Iustinianus scribit patribus indulgeti ut licet eis nulla legitima

sobole, vel matre substitente dotea vlique ad tex vnicias constitutore: Vnde colligitur, quod nulla patribus naturalibus incumbat necessitas filias spurias votandi, quod enim potestatis, & arbitrij est, hoc necessitatem nullam inducit. *I. sapientia de officiis. Praesid. I. non quidquid sapientia de iudicio. Igitur Pater non cogetur filias naturales, etiam inopia laborantes dotate.*

8. In l. 4. §. pater naturalis iij. ff. de leg. 3. dicitur  
dottedam à patre naturali filiz, compensari cum  
fideicommissis eidem filia naturali à patre, relictis.  
Atqui si dos debetur filiae naturali à patre, certe  
non posset cum fideicommisso compensari, sed pater  
præter dottedam, etiam fideicommissum filiae naturali  
relictum præstatore cogeretur.

9. Pater dotare cogitur filias, quas habet in potestate, l.19, ff. de iur. nupti. Atqui spuriæ non sunt in potestate patris naturalis, vñque adeo, vt ne quidem patrem naturalum habere censeantur. *S. pan. inscr. de mpt.* igitur à naturali parte non sunt dotandæ.

10. Denique filii naturalis etiam successionis ab intestato est expers, *i. humanitatis 8.C. de natura libus l. except. dubius vnicis, quas ex nouell. 89. c. 12.* percipere potest. Si autem triens legitimus, qui est pars successionis ab intestato, filia naturali non debetur, nec dos debebitur, quia illius vicem obtinet, *i. quoniam 29.C. de inoffic. testam.*

11. Verum mihi inter has pugnantes sententias placet adhucere opinioni Doctorum quos assert, & sequitur *Castrus Palauis* 10.7. tr. 32. disp. 19. punct. 5. §. 1. n. 6. Dico igitur quoad filias naturales, & spuriarum attinet, si forte cogendus est pater dotem illis constituere, excedere non debet alimentorum quantitatem, ad quae subministranda iure naturali astrictus est, ut pluribus comprobat *Molin.* lib. 2. de primog. cap. 15. num. 50. *Boetius* decis. 127. num. 2. Incertum tamen est, an dotem constituere tenetur, cum nullib[us] id cautum sit, communior tamen sententia, quam refert, & sequitur *Couar.* 2. par. de sponsalibus c. 8. §. 6. n. 11. *Molina* 1.2. c. 15. num. 45. *Barbo* 4. par. 1. 1. n. 65. *ff. solu. mar. Rebelli*. 1.5. q. 8. num. 3. astricti obligatum esse dotem constitutre pro quantitate ali-

mentorum, ne illarum pudicitia periclitetur. Illud  
vero est certum, si aliunde habeant, vel pollueant,  
aut viribus quibus huc comparare possint doctri-  
num esse, argum. I. si quis a liberis, § sed filios f. a  
liberi agnosc. & tradit Barbosa 4. t. 1. imm. 6. f. da  
matr. quem sequitur Rebelli.

12. Et ideo hanc sententiam praeferat Doctor  
citatius ex Theologis, teneret etiam ex pluribus lumi-  
nibus consultis Iohannes Baptista Fragosis tom. 4.1.4. diff.  
§. 1. n. 13. cum summa, quia etiam optimè nouit, quod si  
neque ab hoc oneri dotandi excusat per ipsam  
incestuosam etiam de redditibus beneficijs ab Apparatu  
in cap. peruenit n. 1. de arbitris, ybi indistincte tradit  
cum bona conscientia id facere posse Batol. in cap.  
ultim. n. 7. §. de his, quibus, ut indiget, Count. in  
cap. 8. §. 6. a princ. & num. 11. Molin. de primis  
cap. 15. num. 42. Gomei l. 49. tauri n. 17. & 44.

13. Sed ex his oriuntur duæ difficultates, an do-  
cata filia spuriæ ad ipsius heredes transeat? & an in  
euentu, quo pater plus dotis dedit filie spori, quam  
valeant totius vita alimenta possit constare matr-  
rimonio repeti quoad excellum.

14. Et ad illas respondet RebELLus p.1.3. qd. la  
selt. 3. & 4. quod primam fitmar hanc conciliatio-  
nem, quod dos spuriæ data à patre, non lege, si a  
fundis spuri, vel quodvis aliud proclamantem  
etum, designatunve à patre, ad filios, rihardos  
non transit, sed ad patrem si res extet, ei motu re-  
verti debet, eiusque hæredes, vi fundis motu  
spuri. Quod si filios ex se relinquat, ita indigentes  
fustentatione, vi nec ex aliis potestum, nec  
alia ratione commode ali possint, ius habent non  
tanguam hæredes, sed ex propria persona, et fons  
aus, qui pater spuriæ erat ex eadem doce, vel alium  
de congrua ipsi alimenta constituit.

15. Quod secundum difficultatem affectis, quid si gener scribat vxorem esse spuriam, statim poscit dos quod excessum reuocari, cum non patremus ignorare dispositionem, *aut ex complexo Causis est ipsius patris*, per quam spuria reditio incipit bonorum paternorum, nec per ius Canonicanum let hac fuit abrogata, nisi quae partem minuscum con- gruum alimentorum spuriis denegabat. Quare effectus ille doris ipso iure est nullus, ac proinde ab ab- redibus socii poterit reuocari.

16. Tota ergo controversia est, quando genit  
ignorabat vxorem esse spumam, & bona fide non  
excedentem alimenta recipit in quo eiusdotem  
vocari non posse constante matrimonio, nec batal-  
l. fin. & si a loco eff. que in fraudem credit. Vbi latus  
fultus hoc discrimen constituit inter generum con-  
scium fraudis commissi, & ignorari illius, quod in  
priori enunti etiam constante matrimonio nos re-  
vocari possit; non ite in secundo: Ratio est, qui cum  
gener dotem habeat ex causa onerosa, si fraudis a la-  
ceto dorante commissa participes non est, inquit  
est, ut ab eo resuocetur constante matrimonio, tecum  
si fraudem participauit, eadēcum distincio sit.  
penultima C. de he, qua sunt in fraudem credulorum  
vero matrimonio, doteque restituat filie horum, ne  
fungit Barr. excellum donis revocari posse; ut quod  
habeat dotē ex causa Lectori: Bartoli fementia,  
iuxta prefatam iuri distincti onerum admittunt Co-  
uar. §. 6. cit. n. 11. & Anton. Gomez ad 1. 9. t. 1. n. 10. & 12.  
Nau. Apologia reddit. q. 2. n. 26. m. 10. & 12.

17. Contraria vero tentativa contra Bartolum  
verisimilior est, que tenet etiam constante matru-  
monio, & in scio genero, excellum illum alimento  
rum in dotem datum, recipi posse quam sequitur  
Palac. repet. cap. per vestras de donat inter virum, &  
conversas. et ob. 6. 2. 4. num. 2. 8. Ratio

18. Ratio

18. Ratio est, quia collatio illa alimentorum inutilida est quoad excessum ex dispositione Authen, ex complexu, ergo statim tamquam nulla revocari potest, iuxta l. non dubium C. de legibus. Accedit, quia etiam quantumcumque pater velit, ac consentiant filii legitimi, non potest validè ex bonis paternis filiis spuriis habere amplius, quam coniuga alimenta, ut docet Angelus cons. 223. num. 2. Alexander, consil. 229. num. 15. l. 6. Ergo nec etiam bona fides mariti facere poterit, ut dos excedens alimenta, valida sit quoad excessum.

## RESOL. XLVII.

*An avus teneatur dotare neptem?*

*Et quid in casu, quo nepos patrem inopem habeat, si tamen mater diues est?*

*Et an patruus nequaquam obligetur sobrinas dotare?*

*Et an frater teneatur dotare sororem?*

*Et quid, si tanum soror veterina sit?*

*Et quid, si sit consanguinea, v. g. ex eodem patre, sed ex alia matre fratri coniuncta?*

*Et aliqua circa has sorores, & etiam sorores Clericorum pro dote, & alimentis illarum discutuntur in textu huius Resolutionis? Ex part. 11. tract. 4. & Mise. 4. R. l. 26.*

§. 1. **V**ldetur dicendum, quod non solum patet filiam, sed avus quoque paternus nepotim dotare tenetur. Imperator enim Justinianus in l. fin. §. viramque C. de dot. promis. ait paternum esse officium progeniem suam dotare l. fin. §. viramque C. de dot. promis. progeniei autem verbo non filii modis, sed & nepotes, & pronepotes significari dicitur in l. final. C. de emancip. liber.

2. Accedit, quod Marcius in libro 19. ff. de rit. nupt. generaliter & indistinctè scribit, qui liberos in potestate habent, eos cogi in matrimonium collicare, & dotare: liberum autem verbo omnes descendentes contineri, indubitatum est l. sed si hoc §. finiff. de in vocand. l. liber. ff. de verbis signis.

3. Et in libr. 6. de collat. bon. dicitur ad officium cui spectare, nepotim dotare, & subiungitur, quia pater filia idem anim propter filium nepoti dotem date debet, cogitur itaque avus paternus nepotim dotare.

4. Et sane quæ ratio suadet à patre dotati filiam, eadem quoque in aucto locum fortuit: cum aui non minus atque patris inter sit nuptui elocati nepotim, ne cùm maximo generis & familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

5. Limitat tamen hanc assertionem Obrechtus, vt tunc denum avus paternus cogatur dotare nepotim, quando pater propter inopiam, qua laborat, dotem filie præstare nequit, vt tunc inopie patris avus succurrere teneatur; Idque ipsum Ioannes Corrasius in d. leg. 19. num. 60. hac ratione confirmat, quod ex officio patris erga filium id pendeat ut avus nepotum dotet, l. 6. ff. de collat. bonor. Vnde cùm avus non obstringat nisi propter filium, avus non nisi secundariò teneatur; obligatio autem secundaria cessat, vbi principalis est soluendo, Authent. present. C. de fidei usq. ergo.

6. Sed in casu contingenti, ne deferas videte Castrum Palauum tom. 7. dis. 9. punct. 5. §. 2. num. 2. vbi firmat obligationem adesse suo paterno dotandi ex eius bonis neptes etiam diauites, si in sua existant potestate.

7. Sed casu quo nepotus patrem inopem habeat, vbi tamen mater diues sit, verius est potius matrem;

quād anim paternum teneri nepitem dotare.

8. Patrus nequaquam obligatur sobrinas dotare; quia nullibi hæc obligatio etiam in subsidium indicatur. Quod efficacius procedit, si verum est quod ipse Molina lib. 2. de primog. cap. 15. num. 67. Costa select. lib. 2. cap. 20. n. 2. Rebell. 2. part. lib. 5. qu. 4. n. 26. astrarunt, nempe patrum non esse specialiter obligatum sobrinas alimenta præstare. Nam hæc magis necessaria sunt, quād dotis constitutio.

9. Veridū hic oritur aliud dubium, An frater teneatur dotare sororem? De sorore veterina ex alio patre nata res expedita est, quod frater eam dotare non tenetur, eis inopis sit, & aliter nobis non possit: sic enim Paulus Iuris consultus in l. 12. ff. de administrat. tut. sed non dabit (tutor) dotem sorori (pupilli) alio patre nata, etiamsi altera ea nobis non potuit.

10. De consanguinea, hoc est ex eodem patre, sed alia matre fratri coniuncta, sicut etiam de germana ex utroque parente ipsi coniuncta, queritur anime dotari à fratre debeat, si inopis sint. Communiter hoc assentatur ex ea ratione, quod frater teneatur alere sororem consanguineam, & germanam l. si quis à liberis §. virum ff. de cognosc. lib. 1. iurit etiam teneatur dotare.

11. Et si vero hoc argumentum planè infirmum sit, nec etiam Textus expressus occurrat, quo demonstretur consanguineam, & germanam à fratre esse alendam, quia tamen in l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor. nominatim, atque in specie dicitur, tutorum non teneri dotem constitutere sorori pupilli sui ex alio patre nata, haud obsecutè ex eo colligitur quod ex eodem patre nata sorori dotem constitutere teneatur, argum. l. 1. ff. de off. eius cui mandat, vbi dicitur argumentum, quod à contrario sensu ducitur esse validissimum, & argum. l. 12. in præf. ff. de indic.

12. Vide Doctores, quos citat, & sequitur Castus Palauus vbi supra §. 3. num. 1. & 3. firmans, quod frater teneatur sororem ex eodem patre, quamvis non sit ex eadem matre, dotare, si ipsa sufficientem dotem aliunde non habeat. Sed sororem veterinam teneatur frater dotare secundum tamen qualitatem alimentorum.

13. In eventu veridū, quod frater obligatur dotem sorori constitutere, non excusat ex eo, quod minor sit, & necessitatem habeat alienandi aliqua immobilia ad dotem; nam hæc est causa virgens à iure communis approbata, ac proinde interueniente decreto iudicis fieri alienatio potest, quin locus sit restitutioni, l. final. C. de in integr. risfit.

14. Neque etiam excusat quod à patre sotor ex hæredatu sit; neque item excusat ex eo, quod Clericus sit nullaque alia bona habeat, nisi quæ ex beneficiis colligit: Nam ex horum fructibus alere, & dotare sorores inopis rectè potest, cum opus sit pietatis, & naturalis obligationis; & iuri maximè conforme.

15. Excusat tamen frater ab hac obligatione alendi & dotandi sororem inopem, si adsit eius mater, vel avus paternus, aut maternus, qui dotem, & alimenta constitutere valeat.

16. Et ratio est, quia omnes ascendentes præfuntur fratri in successione, Auth. defuncto C. ad Terull. ergo præferti debent in obligatione. Præterea deficient patre, obligatio alendi & dotandi filias matri diuti competit, si quis à liberis §. virum ff. de liber. agnoscend. neque fratri competit nisi in subsidium.

17. Et hæc omnia docet etiam Rebellius part. 2. l. 5. quæst. 4. n. 13. cum sequens, & rectè obseruat quod si frater administrasset bona sororis ex quibus dos conficit